geat, imperiumq; ad multos annorum decades pacatum reddat
q; tranquillum: dum ipsa Thronum fulcit, dignitatem tuetur,
ntia firmat, hostes procul depellit, prosperrimum rebus even-
m impertit, tanto majus encomium ex his promerens esse
sibi, quanto difficilius ipsius quaestus inter totidem man-
ones, accusatores, corruptores paratur. Cuidni autem tale
virtutum omnium Parens aeq; ac Basis s. fundamen-
tum praestaret? Ipsa namq; verum de DEO sensum et rectum
ius cultum insinuat, honesti amorem et imprimis vitiorum
imprimit odia, justaq; rebus pretia statuit, ne parva pro magnis,
t haec, ut parva contemnantur, sedulo cavens. Nec [illegible]-
uum Principatus hac in pietate est arcanum: quod Prin-
cipibus amorem ac benevolentiam conciliet, obsequiosissimum
et amantissimum sibi reddat populum. Caeterae virtu-
tes, incomparabili rerum varietate, autor Valerius Max:
it, admirationis tantummodo multum, pietas vero eti-
am amoris meretur plurimum. Meretur, meretur amo-
rem Princeps: si ipse, ut subditis rectus de DEO sensus
teneris unguiculis instilletur, et ad sinceram religionē
animi eorum assuefiant, curet: si non Palatii sui templa,
sed etiam alias Ecclesias praesentiâ suâ ornat: si tri
omnem superstitionem, impietatem et Atheismum
stirpitus exscindat, impios Lucianos et Machiavellos
ense, rota, ponte, funibus, igne necans, si in DEUM inju-
riosos calumniatores et blasphemos severissimâ ani-
madversione coërceat; si festos sacrosq; dies, sum-
mâ ab omnibus pietate coli jubeat: si doctos, pios ac in-
tegros viros Ecclesiis praeficiat: si denique integram ac